# THE SARUM RITE
## Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.

Fascicule 4.

Pagine 167-222.

Proprium de tempore.

Adventus.

Dominica iij.

Ebdomada iij.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMVII.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 1 2007.
Revised December 2007, July 2008, April 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2007.

## [*Pica de dominica tertia adventus.*]

𝔄. Littera dominicalis 𝔄. de servitio dominicali. Ad primas vesperas ℟. *Qui ventúrus.* 175. super psalmum *Magnificat.* antiphona *O Sapiéntia.* 256. et in hac ebdomada nulle fiant commemorationes.

Feria 2. et 3. dicuntur ℟. de dominica per ordinem [et in secunda feria, dicitur missa dominicalis].[1]

Feria 4. nichil de vigilia nisi tantum memoria ad missam de jejunio, et in 3. feria dicitur missa *Salus pópuli.*

𝔅. Littera dominicalis 𝔅. tota cantetur hystoria et in hac ebdomada nulle fiant commemorationes.

Feria 2. et 5. ℟. de hystoria dominicali per ordinem dicuntur : et missa *Salus pópuli.* dicitur in 2. feria et missa dominicalis in 5. feria.

ℭ. Littera dominicalis ℭ. totum servitium de dominica. 2. vespere erunt de sancta Lucia : et solennis memoria de dominica et sancta Maria.

Feria 3. et 5. dicuntur ℟. de hystoria dominicali et in hac ebdomada nulle fiant commemorationes. Missa *Salus pópuli.* dicitur in 3. feria. Feria 5. ad vesperas ℟. *Festína.* 255. antiphona super psalmum *Magnificat. O sapiéntia.* 256.

𝔇. Littera dominicalis 𝔇. totum servitium de dominica et festum sancte Lucie differatur in crastinum. 2. vespere in dominica erunt de sancta Lucia et solennis memoria de dominica et de sancta Maria. In hac ebdomada nulle fiant commemorationes.

Feria 3. et 5. dicuntur ℣. et ℟. de hystoria dominicali per ordinem. Missa *Salus pópuli.* dicitur in 3. feria.

Feria 4. dicuntur versus de 2. nocturno et ℟. propria. Ad 2. vesperas ℟. *Festína.* 255. super psalmum *Magnificat.* ant. *O sapiéntia.* 256. et in 5. feria dicitur missa dominicalis.

𝔈. Littera dominicalis 𝔈. de servitio dominicali et in hac ebdomada nulle fiant commemorationes.

Feria 2. missa dominicalis.

Feria 3. missa *Salus pópuli.* Feria 3. ad vesperas ℟. *Festína.* 255. antiphona super psalmum *Magnificat. O sapiéntia.* 256. et in sabbato nichil de vigilia [sancti Thome][2] nisi memoria ad missam de jejunio [quattuor temporum].[3]

𝔉. Littera dominicalis 𝔉. de servitio dominicali et in hac ebdomada nulle fiunt

commemorationes.

Feria 2. dicitur missa dominicalis. Ad 2. vesperas ℟. *Festína.* 255. antiphona super psalmum *Magnificat. O sapiéntia.* 256. Et in iij. feria dicitur missa *Salus pópuli.*

In 5. feria dicitur missa dominicalis.

Et in 6. feria nichil fiet de vigilia nisi tantum memoria ad missam de jejunio.

Sabbato de sancto Thoma. Ad altam missam memoria de sancta Maria : et de omnibus sanctis. Missa de jejunio dicitur post missam de festo utraque ad principale altare. Vespere in sabbato erunt de apostolo [sancto Thoma][4] et solennis memoria de dominica et de sancta Maria. Antiphona *Beáta es.* 88.

**G.** Littera dominicalis **G.** totum servitium de dominica. Ad 2. vesperas ℟. *Festína.* 255. antiphona super psalmum *Magnificat. O sapiéntia.* 256. et memoria de sancta Maria, antiphona *Ave María.* 20. In hac ebdomada nulle fiant commemorationes.

Feria 2. missa dominicalis.

Feria 3. missa *Salus pópuli.*

Feria 4. propria ℟. missa 4. temporum.

Feria 5. de feria. ℣. *Ex Syon.* 42. ℟. de 3. nocturno, missa de vigilia sancti Thome.

Feria 6. de sancto Thoma. Ad matutinas memoria de adventu, antiphona *Nolíte.* 261. Oratio *Excita quésumus.* 16. [et de sancta Maria].[5] Post tertiam dicitur missa de sancto Thoma [Oratio dominicalis, scilicet *Aurem tuam.*],[6] et fiat memoria de sancta Maria et de omnibus sanctis. Post vj. dicitur missa de jejunio utraque ad summum altare.

Sabbato de feria versus. *Egrediétur virga.* 21. cum propriis Responsoriis.

# ℭ*Dominica tertia* [*adventus Domini*].

## *Ad* [*primas*] *Vesperas.*

*Ant.* Benedíctus. *Ps.* Ipsum. (*cxliij.*) [352].

*Capitulum. Genes.* 49. [10.]

NOn auferétur scéptrum de Juda, et dux de fémore ejus, donec véniat qui mitténdus est : et ipse erit expectátio géntium.

℟. Qui ventúrus est. *iij.* 173.
*Hymnus.* Cónditor alme. 13.
℣. Roráte celi désuper. 14.

AS:29; 1519:29v; 1531:15v.[7]

1436. Ant. IV.ix.




[*vel*] [*antiphona* O Sapiéntia. 256-260. *Ps.* Magníficat. 55*.][8]
*Ante primas vesperas hujus dominice non potest incipi* O Sapiéntia.

*Oratio.*

AUrem tuam quésumus Dómine précibus nostris accommóda : et mentis nostre ténebras grátia tue visitatiónis illústra. Qui vivis et regnas cum Deo.

*Memoria beate Marie ut supra.* 19.

## ℂ *Ad matutinas.*

AS:29; 1519:30r; 1531:15v.[9]

Invit. IV.i.




1073.

*In omnibus invitatoriis habentibus istam clausulam* Veníte adorémus. *ibi semper erit repetitio invitatorii.*[10]

*Hymnus, antiphone, psalmi, versus per ordinem sicut in prima dominica adventus Domini.* 39. [*&c. ut in psalterio.*][11] [16].

*Lectio prima. Esaie.* 8 [1-4.]

*Legenda* 13. *Lectiones legantur per ordinem ut supra feria* 2. *dominica* 1. *adventus.*

ET dixit Dóminus ad me, Sume tibi librum grandem : et scribe in eo stilo hóminis, Velóciter spólia détrahe : cito predáre. Et adhíbui michi testes fidéles : Uríam sacerdótem et Zacharíam fílium Barachíe. Et accéssi ad prophetíssam : et concépit et péperit fílium. Et dixit Dóminus ad me, Voca nomen ejus, accélera, spólia détrahe, festína [*16r.*] predári : quia ántequam sciat puer vocáre patrem suum et matrem suam, auferétur fortitúdo Damásci et spólia Samárie coram rege Assyriórum. Hec dicit.

AS:29; 1519:30r; 1531:16r.[12]

6578.




6578a.

*Lectio ij.* [*Esaie* 8. 5-10.]

ET adjécit Dóminus loqui ad me adhuc dicens, Pro eo quod abjécit pópulus iste aquas Sýloe[13] que vadunt cum siléntio, et assúmpsit

magis Rasin, et fílium Romélie : propter hoc ecce Dóminus addúcet super eos aquas flúminis fortes et multas, regem Assyriórum et omnem glóriam ejus. Et ascéndet super omnes rivos ejus, et fluet super univérsas ripas ejus : et ibit per Judam inúndans et tránsiens usque ad collum véniet. Et erit exténsio alárum ejus implens latitúdinem terre tue o Emmánuel. Congregámini pópuli et vincímini : et audíte univérse procul terre. Confortámini et vincímini : accíngite vos et vincímini. Inite consílium : et dissipábitur. Loquímini verbum : et non fiet quia nobíscum Deus. Hec.

AS:30; 1519:30v; 1531:16r.[14]

2. Resp.
VII. 6254.



6254c.




*Lectio tertia.* [*Esaie* 8. 11-17.]

Hec enim ait Dóminus ad me, Sicut in forti manu erudívit me : ne irem in viam pópuli hujus dicens, Non dicátis conjurátio. Omnia enim que lóquitur pópulus iste : conjurátio est. Et timórem ejus ne timeátis neque paveátis. Dóminum exercítuum ipsum sanctificáte. Ipse pavor vester, et ipse terror vester : et erit vobis in sanctificatiónem, in lápidem autem offensiónis et in petram scándali duábus dómibus Israel : in láqueum et in ruínam habitántibus Hierúsalem. Et offéndent ex eis plúrimi : et cadent et conteréntur et irretiéntur et capiéntur. Liga testimónium : signa legem in discípulis meis. Expectábo[15] Dóminum qui abscóndit fáciem suam a domo Jacob : et prestolábor eum. Hec.

AS:30; 1519:30v; 1531:16r.[16]

7485.






7485b.

℣. Glória. 94*. †Quóniam.

*In ij. Nocturno fiant medie lectiones de sermone beati Augustini episcopi de unitate Trinitatis et de incarnatione Domini.*

*Lectio iiij. de sermone beati Augustini* 30. *de tempore.*[17]

Legimus sanctum Móysen pópulo Dei precépta dantem : ubi dicit, Audi Israel, Dóminus Deus tuus Deus unus est. Non potest esse major, non potest esse minor : non potest numerári, dicénte prophéta David. Magnus Dóminus et magna virtus ejus : et sapiéntie ejus non est númerus. Optime nostis ista fratres caríssimi : qui corde firmiter tenétis cathólicam veritátem. Audíte tamen bréviter : quod adjuvánte Dómino propósui explanándum. Deus unus est Pater, Deus unus est Fílius : Deus unus est Spíritus Sanctus. Non tres Dii : sed unus est Deus. Tres in vocábulis, unus in deitáte substántie. Sed dicit michi heréticus, Ergo si unum sunt : omnes sunt incarnáti. Non. Ad solum Christum pértinet caro. Nempe áliud est ánima, áliud est rátio : et tamen in ánima est rátio, et una est ánima. Sed áliud ánima agit : áliud rátio. Anima vivit, rátio sapit : et ad ánimam pértinet vita : et ad ratiónem pértinet sapiéntia. Et cum unum sint, ánima sola súscipit vitam, rátio sola súscipit sapiéntiam : et tamen nec ánima sine rátione : nec rátio sine ánima. Sic Pater et Fílius licet unum sint et unus Deus sit : ad Christum solum pértinet caro, sicut

ad solam ratiónem pértinet sapiéntia, licet non recédat ab ánima. Ecce áliud. In sole calor et splendor in uno rádio sunt : sed calor exsíccat : splendor illúminat. Aliud súscipit calor : áliud splendor. Et licet calor et splendor ab ínvicem non queant separári : súscipit splendor illuminatiónem non fervórem, súscipit calor fervórem non illuminatiónem. Aliud simul, áliud singuláriter agunt : et tamen ab ínvicem non separántur. Sic et Fílius suscépit carnem et non deséruit Patrem : nec se divísit a Patre. Suscépit inquam Fílius carnem in proprietáte : sed tamen et Pater et Spíritus Sanctus non défuit majestáte. In divinitáte equálitas : in carne sola Fílii propríetas. Non autem Patris ab [16v.]
eo aut Spíritus Sancti recéssit aliquándo divínitas. Cum ergo una sit déitas, una divínitas : implévit quidem carnem Christi Pater et Spíritus Sanctus, sed majestáte, non susceptióne. Vis scire quia cum eo erat ? [18] Evangelísta refert : quia Jesus plenus Spíritu Sancto regréssus est ab Jordáne. Ecce quómodo solus Jesus Christus suscépit carnem : et tamen Pater et Spíritus Sanctus non défuit majestáte. Sicut celum et terram implet Pater, implet Spíritus Sanctus : carnem Christi desérere non potuérunt quando in divinitátis unitáte mansérunt. Tu autem.

[*Responsorium hoc modo sic.*][19]

AS:30; 1519:31r; 1531:16v.[20]

6056. 4. Resp. IV.






6056b.

*Lectio quinta.*[21]

ADhuc cýtharam réspice. Ut músicum melos tonis dúlcibus reddat tria páriter adésse vidéntur : ars, manus et corda : et tamen[22] ars dictat, manus tangit : sed sola résonat corda[23] quod audítur. Nec ars nec manus sonum reddunt : sed ea cum corda páriter operántur. Sic nec Pater nec Spíritus Sanctus suscepérunt carnem : et tamen cum Fílio páriter operántur. Sonum sola corda excútit : carnem solus Christus accépit. Operátio in tribus constat sed quómodo pértinet ad solam chordam soni redditio : sic ad Christum solum pértinet carnis humáne suscéptio. Econtra Judéus contra natúram (inquit) párere virgo María non pótuit. Et detestándus Manichéus, Si caro erat : virgo esse non pótuit. Si virgo péperit, fantásma fuit.[24] Próferam de história Véteris testaménti necessárium exémplum contra Judéum : quomodo sónuit in áuribus vestris.[25] Dóminus Móysi sancto precépit de síngulis tríbubus virgas afférri. Alláte sunt duódecim virge, inter quas étiam una erat que Aaron fúerat sacerdótis : et pósite sunt a sancto Móyse in tabernáculo testimónii. Virga autem Aaron post álterum diem invenítur[26] produxísse flores et frondes, et peperísse nuces. Deléctat hoc mystérium cum charitáte vestra contra perfídiam Judeórum commíscere : ubi máxime figúra intervénit sacraménti. Virga enim prótulit quod ante non hábuit, non radicáta plantatióne, non defóssa sárculo, non animáta succo, non fecúndata seminário. Et tamen cum

illi deéssent univérsa jura natúre : prótulit virga quod nec sémine súrgere pótuit, nec radíce. Virga ergo pótuit contra natúram nuces edúcere, virgo non pótuit contra natúre jura Dei Fílium generáre ? Dicat ígitur michi Judéus incrédulus, quemádmodum árida virga flóruit et frónduit, et nuces prótulit : et ego dicam illi quemádmodum virgo concéperit et pepérerit. Sed profécto Judéus nec concéptum póterit virge explicáre, nec vírginis partum. Véniat ad ecclésiam exponátur illi : ut cognóscat verum órdinem officii naturális. Virgo perégit témpora pariéndi : virga autem non hábuit témpora germinándi. [27] Illa enim decúrsis novem ménsibus péperit : virga autem álio die quod natúra non hábuit germinávit. Tu [autem].

AS:30; 1519:31r; 1531:16v.

5. Resp. III.

7438.

7438a.



*Lectio sexta.*[28]

COntra natúram (inquit Judéus) virgo párere non pótuit. Deus enim qui in número mirábile contra natúram signum osténdit ut ásina loquerétur : ipse mirabílius fácere vóluit, ut Christus de vírgine nascerétur. Audiat et versútus ille Manichéus áliud sacraméntum. Solis rádius spécular pénetrat : et soliditátem ejus insensíbili subtilitáte pertránsit : et talis vidétur intrínsecus qualis[29] extrínsecus. Itaque fratres nec cum ingréditur víolat, nec cum egréditur díssipat : quia ad ingréssum[30] ejus spécular íntegrum persévérat. Spécular ergo non rumpit rádius solis : integritátem Vírginis ingréssus aut egréssus numquid viciáre póterat Deitátis ? Sed quid ultérius immorámur ? Audiat Christiánus, quod non vult audíre Judéus aut Manichéus : ut iste profíciat in fide redémptus, et ille defíciat indurátus. Virga illa unde agebámus Aaron, Virgo María fuit : que nobis Christum verum sacer-
[17r.] dótem concépit et péperit. De quo David cécinit dicens, Tu es sacérdos in etérnum : secúndum órdinem Melchísedech. Superióri namque versu jam díxerat, Virgam virtútis tue emíttet Dóminus ex Syon. Et Esáias prophéta apértius sanctam Maríam desígnat dicens, Exíet virga de radíce Jesse et flos de radíce ejus ascéndet : et requiéscet super eum spíritus Dómini, spíritus sapiéntie et intelléctus. Quod ergo hec virga nuces prodúxit : imágo Domínici córporis fuit. Nux enim trinam habet in suo córpore uniónem substántie : córium testam et núcleum. In cório caro : in testa ossa, in núcleo intérior ánima comparátur. In cório nucis carnem signíficat Salvatóris : que hábuit in se asperitátem vel amaritúdinem passiónis. In núcleo interiórem declárat dulcédinem deitátis : que tríbuit pastum, et lúminis subminístrat offícium. In testa lignum ínserens crucis, que non discrévit id quod foris et intus fuit : sed que terréna et celéstia fúerant mediatóris ligni interpositióne sociávit, dicénte Apóstolo, Quóniam ipse per sánguinem crucis sue pacificávit ómnia : que in celis sunt et que in terris.

AS:31; 1519:31v; 1531:17r.[31]

6408. 6. Resp. IV.




℣. Glória. 94*. ‡Et.

¶ *In iij. nocturno.* [*Evangelium*] *secundum Mattheum* 11.



IN illo témpore. Cum audísset [32] Johánnes in vínculis ópera Christi, mittens duos de discípulis suis ait illi, Tu es qui ventúrus es : an álium expectámus ? Et réliqua.

*Omelia beati Gregorii pape.*[33]

[*Lectio* 7.]

QUeréndum nobis est fratres charíssimi : Johánnes prophéta et plusquam prophéta, qui veniéntem ad Jordánis baptísma Dóminum osténdit dicens, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi, qui et humilitátem suam et divínitatis ejus poténtiam consíderans dicit, Qui est

de terra de terra lóquitur : qui autem de celo venit super omnes est : cur in cárcere pósitus mittens discípulos requírit, Tu es qui ventúrus es : an álium expectámus ? Tanquam si ignóret quem osténderat : et an ipse sit nésciat quem ipsum esse prophetándo, baptizándo, ostendéndo, clamáverat. Sed hec quéstio cítius sólvitur : si rei geste tempus et ordo pensétur. Tu autem.

AS:31; 1519:31v; 1531:17r.[34]

7. Resp. VII.




7824.

7824b.

*Lectio octava.*

AD Jordánis enim fluénta pósitus[35] quia ipse Redémptor mundi esset asséruit : missus vero in cárcerem an ipse véniat requírit. Non quia ipsum esse mundi Redemptórem dúbitet : sed querit ut sciat, si is qui per se in mundum vénerat, per se étiam ad inférni claustra descéndat. Quem enim precúrrens mundo nuntiáverat : hunc moriéndo ad ínferos precurrébat. Ait ergo, Tu es qui ventúrus es, an álium expectámus ? Ac si apérte dicat, Sicut [36] pro homínibus nasci dignátus es, an étiam pro homínibus mori dignéris insínua, ut qui nativitátis tue precúrsor éxtiti, mortis étiam precúrsor fiam, et ventúrum inférno te núnciem quem

jam venísse mundo enunciávi. Tu.

AS:31; 1519:32r; 1531:17r.[37]

6672. 8. Resp. V.




*Lectio nona.*

Unde et inquísitus Dóminus enumerátis poténtie sue miráculis : de mortis sue prótinus humilitáte respóndit dicens, Ceci vident, claudi ámbulant : leprósi mundántur. Surdi áudiunt, mórtui resúrgunt, páuperes evangelizántur. Et beátus qui non fúerit scandalizátus in me. Visis tot signis tantísque miráculis, non scandalizári quisque pótuit : sed admirári. Quid est ergo dícere, Beátus qui non fúerit scandalizátus in me, nisi apérta voce abjectiónem mortis sue humilitatémque signáre ? Ac si paténter dicat, Mira quidem fácio : sed abjécta pérpeti non dedígno. Tu autem Dómine.

AS:32; 1519:32r; 1531:17r.[38]

9. Resp. VIII.




6606.

6606c.

[*17v.*]

℣. Glória. 95*. †Et erit.

## [*Ante laudes.*]

*Versus.* Emítte Agnum. 64.

[℟. De petra.][39]

## ℂ *In laudibus.*

AS:32; 1519:32v; 1531:17v.[40]

1. Ant. I.iv.




5337.



bit abscóndi-ta te-nebrá-rum : et ma-ni-festá-bit se ad omnes



gentes al-le- lú-ya. *Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

AS:32; 1519:32v; 1531:17v.[41]

3478. 2. Ant. VII.i.



HIerú-sa-lem * gaude gáudi- o magno : qui- a vé-ni-



et ti-bi Salvá-tor al-le-lú-ya. *Ps.* Jubiláte Deo. (*xcix.*) [46].

AS:32; 1519:32v; 1531:17v.[42]

2094. 3. Ant. VIII.i.



DAbo * in Sy-on sa-lú-tem : et in Hie-rú-sa-lem



gló-ri- am me- am al-le-lu-ya. *Ps.* Deus Deus meus. (*lxij.*) [47].

AS:32; 1519:32v; 1531:17v.[43]

4. Ant.
V.i.

3805.




*Ps.* Benedícite ómnia. (*Daniel. iij.*) [48].

AS:32; 1519:33r; 1531:17v.

5. Ant.
II.i.



3531.

*Capitulum.* 1 *Cor.* 4. [1, 2.]

SIc nos exístimet homo ut minístros Christi et dispensatóres ministeriórum Dei : hic jam quéritur inter dispensatóres : ut fidélis quis inveniátur. [℟.] [Deo grátias.][44]

*Hymnus.* Vox clara ecce íntonat. 67.

*℣.* Vox clamántis in desérto. 68.

AS:32; 1519:33r; 1531:17v.[45]

3496. Ant. I.ii.




*Ps.* Benedíctus. 52*.

*Oratio.* Aurem tuam. 169.

*Memoria de sancta Maria ut supra.* 69.

## ¶ *Ad j.*

*Ant.* Véniet Dóminus. 182.
*Ps.* Deus Deus meus réspice in me. (*xxj.*) [91].

## ¶ *Ad iij.*

*Ant.* Hierúsalem. 183.
*Ps.* Legem pone. (*cxviij. iij.*) [132].
*Capitulum.* Sic nos exístimet. 184.
*℟. et ℣. sicut in prima dominica adventus Domini* [*: et*][46] *ad omnes horas dicuntur.* 80.

## ℂ *Ad vj.*

*Ant.* Dabo in Syon. 183.

*Ps.* Defécit. (*cxviij. vj.*) [141].

*Capitulum.* 1. *Cor.* 4. [3.]

Michi autem pro mínimo est, ut a vobis júdicer aut ab humáno die : sed neque meípsum júdico.

## ℂ *Ad nonam.*

*Ant.* Juste et pie. 184.

*Ps.* Mirabília testimómia. (*cxviij. ix.*) [150].

*Capitulum.* [1. *Cor.* 4. 5.]

Nolíte ante tempus judicáre quoadúsque véniat Dóminus qui et illuminábit abscóndita tenebrárum et manifestábit consília córdium : et tunc laus erit unicuíque a Deo.

## ℂ *Ad* [*ij.*] *vesperas.*

*Ant.* Sede a dextris. [311].

*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [*&c.*] [311].

*Capitulum.* Sic nos exístimet. 184.

[*Usque inceptionem* O Sapiéntia. *dicitur*][47] ℟. Tu exúrgens. 86.

*Post inceptionem* O sapiéntia. *dicitur* ℟. Festína ne tardáveris. 255. *quod reperies ante dictam antiphonam.*

*Hymnus.* Cónditor alme sýderum. 13.

℣. Roráte celi désuper. 14.

AS:32; 1519:33v; 1531:17v.[48]

Ant. I.iv.




3459.




*Ps.* Magníficat. 53*.

*Vel ant.* O. 256-260. *Ps.* Magníficat. 55*.

*Oratio.* Aurem tuam. 169.

*Memoria*[49] *de sancta Maria.* 88.

☾ *Feria ij. iij. et v. dicantur ℣. et ℟. secundum ordinem nocturnorum historie dominicalis.*

## [☾ *Feria ij.*][50]

## [*Ad matutinas.*]

*Lectio prima. Esaie* 8. [18–22.] *Legenda* 14.

ECce ego et púeri mei quos dedit michi Dóminus in signum et in porténtum Israélis : a Dómino exercítuum qui hábitat in monte Syon. Et cum díxerint ad vos, Quérite a phitónibus et a divínis qui stridunt in incantatiónibus suis : Nunquid non pópulus a Deo suo requíret visiónem pro vivis ac mórtuis ? Ad legem magis et ad testimónium ? Quod si non díxerint juxta verbum hoc : non erit eis matutína lux. Et transíbit per eam : et córruet et esúriet. Et cum esuríerit : irascétur et maledícet regi suo, et Deo suo. Et suspíciet sursum et [51] terram intuébitur : et ecce tribulátio et ténebre, et dissolútio et angústia et calígo pérsequens : et non póterit avoláre de angústia sua. Hec dicit.

*Lectio secunda. Esaie* 9. [1–5.]

PRimo témpore alleviáta est terra Zábulon et terra Népthalim, et novíssimo aggraváta est via maris trans Jordánem Galilée géntium. Pópulus qui ambulábat in ténebris : vidit lucem magnam. Habitántibus in regióne umbre mortis : lux orta est eis. Multiplicásti gentem : non magnificásti letíciam. Letabúntur coram te sicut qui letántur in messe : sicut exúltant victóres capta preda quando dívidunt spólia. Jugum enim óneris ejus et virgam húmeri ejus et sceptrum exactóris ejus superásti : sicut in die Mádian. Quia omnis violénta predátio cum tumúltu : et vestiméntum mixtum sánguine erit in combustiónem et cibus ignis. Hec.

*Lectio iij.* [*Esaie* 9. 6-7.]

PArvulus enim natus est nobis, et fílius datus est nobis. Et factus est principátus super húmerum ejus : et vocábitur nomen ejus Admirábilis, Consiliárius, Deus Fortis, Pater futúri séculi : Princeps pacis. Multiplicábitur ejus impérium : et pacis non erit finis. Super sólium David et super

regnum ejus sedébit : ut confírmet illud et corróboret in judício et justícia, ámodo et usque in sempitérnum, zelus Dómini exercítuum fáciet hoc. Hec dicit Dóminus.

## In laudibus.

AS:pl. g.; 1519:33v; SB:cxii.[52]

2550. 1. Ant. IV.v.



E-Cce véni- et Dómi-nus * princeps re-gum terre :



be- á-ti qui pa-rá-ti sunt occurré-re il-li. *Ps.* Miserére mei. (*l.*) [173].

AS:pl. g.; 1519:33v; SB:cxii.[53]

2476. 2. Ant. VIII.ii.



C-Um vé-ne- rit * Fí-li- us hómi-nis : pu-tas invé-ni- et



[18r.] fi-dem su-per terram. *Ps.* Verba mea áuribus. (*v.*) [174].

AS:pl. g.; 1519:33v; SB:cxii.[54]

2519. 3. Ant. V.ii.



E-Cce jam * vé-ni- et ple-ni-túdo témpo-ris : in quo



mi- sit De- us Fí-li- um su- um in terris. *Ps.* Deus Deus meus. (*lxij.*) [47].

AS:pl. h.; 1519:34r; SB:cxii.[55]

4. Ant. V.ii. 3020.



HAuri- é- tis * aquas in gáudi- o, de fónti-bus Salva-



tó-ris. *Ps.* Confitébor. *iiij.* (*Esaie. xij.*) [176].

AS:pl. h.; 1519:34r; SB:cxii.[56]

5. Ant. IV.iv. 2612.



E- gre-di- é-tur Dómi-nus * de lo-co sancto su-o :



vé-ni- et ut salvet pópu-lum su- um. *Ps.* Laudáte Dóminum. (*cxlviij.*) [*&c.*] [49].

*Capitulum.* Ecce dies véniunt. 99.

*Hymnus.* Vox clara. 67.

℣. Vox clamántis. 68.

AS:33, pl. h.; 1519:34r; 1531:18r.[57]

Ant. I.i. 2613.



E- gre-di- é-tur * virga de ra-dí-ce Jesse : et



beplé- bi- tur omnis terra gló-ri- a Dómi-ni, et vi-dé-bit



omnis ca-ro sa-lu-tá-re De- i. *Ps.* Benedíctus. 52*.

*Oratio dominicalis dicitur.* 169.

## ℂ *Ad vesperas.*

AS:33, pl. h.; 1519:34r; 1531:18r.[58]

2633. Ant. VIII.i.



E - le-vá-re * e-le-vá-re, consúrge Hie-rú-sa-lem :



solve vincla col-li tu- i captí-va fí-li- a Sy- on.



*Ps.* Magníficat. 69*.

*vel antiphona* O. 256-260. [*Ps.* Magníficat. 55*.]
*Oratio dominicalis.* 169.

## ℂ *Feria tertia.*

## [*Ad matutinas.*]

*Lectio prima. Esaie* 9. [8–11.] *Legenda* 15.

VErbum misit Dóminus in Jacob : et cécidit in Israel. Et sciet ómnis pópulus Effraim et habitántes Samáriam in supérbia et magnitúdine cordis dicéntes, Láteres cecidérunt, sed quadris lapídibus edificábimus. Sycomóros succidérunt : sed cedros immutábimus. Et elevábit Dóminus hostes Rasin super eum : et inimícos ejus in tumúltum vertet. Hec [dicit Dóminus].

*Lectio ij.* [*Esaie* 9. 12, 13.]

SIriam ab oriénte et Philístiim ab occidénte : et devorábunt Israel toto ore. In ómnibus his non est avérsus furor ejus : sed adhuc manus ejus exténta. Et pópulus non est revérsus ad percutiéntem se : et Dóminum exercítuum non exquisiérunt. Hec dicit [Dóminus].

*Lectio tertia.* [*Esaie* 9. 14–17.]

ET dispérdet Dóminus ab Israel caput : et caudam incurvántem et refrenántem die una. Longévus et honorábilis ipse est caput : et prophéta docens mendácium ipse est cauda. Et erunt qui beatíficant pópulum istum seducéntes : et qui beatificántur precipitáti. Propter hoc super adolescéntulis ejus non letábitur Dóminus, et pupillórum ejus et viduárum non miserébitur : quia omnis ipócrita est et nequam, et univérsum os locútum est stultítiam. In ómnibus his non est avérsus furor ejus : sed adhuc manus ejus exténta. Hec [dicit Dóminus].

## ℂ *In laudibus.*

AS:pl. h.; 1519:34r; 1531:18r.[59]

1. Ant.
IV.v.

 2508.

EC-ce Dómi-nus noster * cum virtú-te vé-ni- et : et ip-



se cónte-ret ju-gum capti-vi-tá-tis nostre. *Ps.* Miserére. (*l.*) [173].

AS: pl. h.; 1519:34v; 1531:18r.[60]

2. Ant.
IV.iv.

 2642.

E- mítte agnum Dómi-ne * domi-na-tó-rem terre : de



petra de-sérti ad montem fí-li- e Sy- on. *Ps.* Júdica me Deus. (*xlij.*) [214].

AS: pl. h.; 1519:34v; 1531:18r.

3. Ant. IV.iv.

5290. 

UT cognoscámus Dómi-ne * in terra vi- am tu- am : in



ómni-bus génti-bus sa-lu-tá-re tu- um. *Ps.* Deus Deus meus. (*lxij.*) [47].

AS: pl. h.; 1519:34v; 1531:18r.[61]

4. Ant. IV.v.

2087. 

DA mercé-dem Dómi-ne * susti-nénti-bus te : ut



prophé-te tu- i fi-dé-les inve-ni- ántur. *Ps.* Ego dixi. (*Ezechie.*) [215].

AS: pl. h.; 1519:34v; 1531:18r.[62]

5. Ant. I.v.

3613. 

LEx per Mó-y-sen * da-ta est : grá-ti- a et vé-ri-tas



per Je-sum Christum facta est. *Ps.* Laudáte Dóminum. (*cxlviij.*) [*&c.*] [49].

*Capitulum.* Ecce dies. 99.
*Hymnus.* Vox clara. 67.
℣. Vox clamántis. 68.

AS:33; 1519:34v; 1531:18r.[63]

Ant. III.iv. 5195.




*Ps.* Benedíctus. 56*.

## ℭ *Ad vesperas.*

AS:33; 1519:35r; 1531:18r.

Ant. VII.i. 2675.




ve-nit. *Ps.* Magníficat. 67*.

*vel antiphona* O. 256-260. *Ps.* Magníficat. 55*.

## ¶ *Feria iiij. quatuor temporum.*

## [*Ad matutinas.*]

AS:pl. h.; 1519:35r; 1531:18r.[64]

1120. Invit. IV.i.




*Hoc invitatorium dicitur hac die et in vj. feria et in sabbato sequenti.*

*Hymnus.* Verbum supérnum. 39.

*Super nocturnum antiphona.* Avértet Dóminus. [221]. *Ps.* Dixit insípiens. (*lij.*) [221]. [*et cetere antiphone feriales cum suis psalmis.*][65]

*Versiculus* [Egrediétur Dóminus.][66] 59. *dicuntur per ordinem de dominica.*

*Deinde procedat dyaconus cum subdiacono albis vestiti spirulam id est palmam de terra sancta factam in manu portans*[67] *cum thuribulariis et ceroferariis in simili habitu sine cruce, incenset altare : et sic procedat per medium chori in pulpitum ad pronuntiandum expositionem Evangelii : et legatur* [*lectiones autem*][68] *super lectrinum ubi lectiones leguntur : ceroferariis diacono assistentibus uno a dextris et alio a sinistris.*

¶ *Habebit autem diaconus amictum album et tenebit palmam predictam in manu sua dum lectionem legat. Subdiaconus autem textum teneat retro ipsum dyaconum stans juxta thuribularios. In illa hora non prosternant se clerici in choro videlicet post versum dum dicatur* Pater noster. *propter pronunciationem Evangelii : nec etiam in sexta feria nec in sabbato.*[69]

¶ *Evangelium secundum Lucam* 1. [26, 27.]



IN illo témpore, Missus est ángelus Gábriel a Deo in civitátem Galilée cui nomen Názareth : ad vírginem desponsátam viro cui nomen erat Joseph, de domo David : et nomen vírginis María. Et réliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbiteri.*[70]

[*Lectio Prima.*]

EXórdium nostre redemptiónis fratres charíssimi, hodiérna nobis sancti Evangélii léctio comméndat : que ángelum de celis a Deo missum narrat ad Vírginem, ut novam in carne nativitátem Fílii Dei predicáret,
[*18v.*] per quam nos abjécta vetustáte nóxia, renovári atque inter fílios Dei computári póssimus. Ut ergo ad promísse salútis mereámur dona pertíngere : primórdium ejus inténta curémus aure percípere. Missus est (inquit) ángelus Gábriel a Deo in civitátem Galilée cui nomen Názareth : ad vírginem desponsátam viro cui nomen erat Joseph. Aptum profécto humáne restauratiónis princípium fuit, ut ángelus a Deo mitterétur ad vírginem partu consecrándam divíno, quia prima perditiónis humáne fuit causa : cum serpens a dyábolo mittebátur ad mulíerem spíritu supérbie decipiéndam, ymmo ipse in serpénte dyábolus veniébat : qui genus humánum decéptis paréntibus primis, immortalitátis glória nudáret. Quia ergo mors intrávit per féminam : apte redit et vita per féminam. Illa a dyábolo sedúcta per serpéntem, viro gustum necis óbtulit, hec edócta a Deo per ángelum, mundo auctórem salútis edídit. Tu autem.

[*Et leguntur lectiones in secunda forma preter ultimam que in superiori gradu legatur. Similiter responsoria juxta ordinem lectionum per se cantentur loco nec habitu mutato.*][71]

AS:pl. j.; 1519:35v; 1531:18v.[72]

1. Resp. VI. 6292.



6292a.




*Lectio secunda.*[73]

Missus est ergo ángelus Gábriel a Deo. Raro autem légimus : quia apparéntes homínibus ángeli, designántur ex nómine. Verum quotienscúnque fit : ídeo útique fit, ut étiam nómine ipso quid[74] ministratúri véniant insínuent. Gábriel namque Fortitúdo Dei dícitur. Et mérito tali nómine prefúlget : qui nascitúro in carne Deo testimónium perhíbet, de quo Prophéta in psalmo, Dóminus (inquit) fortis et potens, Dóminus potens in prélio. Illo nimírum prélio : quo potestátes áereas debelláre, et ab eárum tyránnide mundum veniébat erípere. Ad vírginem desponsátam viro cui nomen erat Joseph de domo David : et nomen vírginis María. Quod dícitur de domo David : non tantum ad Joseph, sed étiam pértinet ad Maríam. Legis namque erat preceptum, ut de sua quisque tribu ac família dúceret uxórem : Apóstolo quoque attestánte, quia ad Thimothéum scribens ait, Memor esto ígitur Jesum Christum resurrexísse a mórtuis ex sémine David : secúndum evangelium meum. Ideo enim veráciter ex sémine David ortus est Dóminus : quia incorrúpta ejus génetrix, veram de stirpe David oríginem duxit. Tu autem Dómine.

AS: pl. j.; 1519:35v; 1531:18v.[75]

2. Resp. VIII.




7338.

7338b.

*Lectio iij.*[76]

Cur autem ipse[77] non de símplici vírgine sed de desponsáta viro concípi et nasci volúerit : plúrime a pátribus rationábiles cause proferúntur. E quibus permáxima prima est, ne velut stupri rea damnarétur : si virum non habens, fílium procreáret. Deínde ut in his étiam que doméstica cura naturáliter exigébat : puérpera solátio sustentarétur viríli. Oportébat ergo beátam Maríam habére virum, qui et testis integritátis ejus certíssimus : et nati ex ea Dómini ac Salvatóris nostri esset nutrícius

fidelíssimus. Quique et pro párvulo secúndum legem hóstias ad templum deférret : et eum instánte persecutiónis artículo, in Egýptum cum matre ferret ac reférret, aliáque illi perplúra que assúmpte humanitátis fragílitas poscébat : necessária ministráret. Nec multum óbfuit si quis illum ad tempus ejus fílium crédidit : cum predicántibus apóstolis post ascensiónem ejus cunctis palam credéntibus quod de vírgine natus esset patúerit. Nec pretereúndum quod beáta Dei Génitrix méritis precípuis, étiam nómine tenus testimónium rédidit. Interpretátur enim Stella Maris. Et ipsa quasi sydus exímium inter fluctus séculi labéntis : grátia previlégii speciális refúlsit. Ingréssus autem ángelus ad eam dixit, Ave grátia plena Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus. Que salutátio quantum humáne consuetúdini inaudíta : tantum est beáte Maríe dignitáti cóngrua. Vere étenim grátia plena erat : cui divíno múnere collocátum est, ut prima inter féminas gloriosíssimum Deo virginitátis munus offérret. Unde jure[78] angélico
aspéctu simul et affátu méruit pérfrui, [*19r.*]
que angélicam stúduit vitam imitári. Vere grátia erat plena cui ipsum per quem grátia et véritas facta est, Jesum Christum generáre donátum est. Tu [autem Dómine miserére nostri].

AS:pl. j.; 1519:36r; 1531:19r.[79]

6640. 3. Resp. III.




6640b.



vá- bi-tur su-per omnes col- les : et flu- ent ad e-



um omnes gen- tes. †Et sta-bunt. ℣. Gló- ri- a



Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí- tu- i Sanc-to. ‡Ad.

[*Ante laudes.*]

℣. Emítte agnum Dómine. 64.

## ℭ *In laudibus.*

AS:pl. j.; 1519:36r; 1531:19r.[80]

1. Ant. IV.iv.

 4668.

RO-rá-te ce-li dé-su-per, * et nu-bes plu- ant



justum : a-pe-ri- á-tur ter-ra et gérmi-net Salva-tó-rem.



*Ps.* Miserére. (*l.*) [173].

AS:pl. j.; 1519:36v; 1531:19r.

2. Ant.
I.v.

4392.



PRophé- te pre-di-ca-vé-runt * nasci Salva-tó-rem



de vírgi-ne Ma- rí- a. *Ps.* Te decet. (*lxiv.*) [230].

AS:pl. j.; 1519:36v; 1531:19r.[81]

3. Ant.
II.i.

4999.



SPí-ri-tus * Dó-mi-ni su-per me : e-vange-li-zá-re



paupé-ri-bus mi-sit me. *Ps.* Deus Deus. (*lxij.*) [47].

AS:pl. j.; 1519:36v; 1531:19r.[82]

4. Ant.
IV.v.

2551.



ECce vé-ni- et Dómi-nus * ut sé-de- at cum princí-



pi-bus, et só-li- um gló- ri- e té-ne- at. *Ps.* Exultávit. (1. *Reg. ij.*) [235].

AS:pl. j.; 1519:36v; 1531:19r.

5. Ant. IV.v.



A Nnunci- á-te * pópu-lis et dí-ci-te : Ecce De- us 1428.



salvá-tor noster vé-ni- et. *Ps.* Laudáte. (*cxlviij.*) [*&c.*] [49].

*Capitulum.* Ecce dies véniunt. 99.

*Hymnus.* Vox clara. 67.

℣. Vox clamántis. 68.

AS:14; 34, pl. k.; 1519:36v; 1531:19r.[83]

Ant. VIII.i.



M Issus est * Gábri- el ánge-lus ad Ma-rí- am 3793.



vírgi-nem desponsá-tam Jo-seph. *Ps.* Benedíctus. 68*.

*Non dicantur preces ad has matutinas nec in sexta feria nec in sabbato : tamen ad omnes alias horas dicantur preces cum prostratione more solito.*

*Oratio.*

PResta quésumus omnípotens Deus : ut redemptiónis nostre ventúra solénnitas, et preséntis vite nobis subsídia cónferat, et etérne beatitúdinis prémia largiátur. Per eúndem [Dóminum].

*Hec oratio dicitur ad has matutinas tantum.*

*Ad omnes alias horas dicatur oratio dominicalis.* 169.

[*Preces non dicuntur hic scilicet ad matutinas, tamen ad ceteras horas dicuntur preces sicut in ceteris feriis. Similiter fit sexta feria et sabbato propter pronunciacionem*

*Evangelii.*][84]

## *Memoria de sancta Maria.*

*Ant.* Spíritus sanctus. 104.
*et* [*postea*][85] *de omnibus sanctis ut in aliis feriis.* 104.

*Matutine de sancta Maria dicantur* [*hac die et usque ad vigiliam natalis Domini*][86] *in conventu : ut supra dictum est.* 71.

## ℂ *Ad vesperas.*

AS:34, pl. k.; 1519:37r; 1531:19r.[87]

4563. Ant. VII.i.




*Vel antiphona* O. 256-260. *Ps.* Magníficat. 55*.
[*Oratio dominicalis.*][88] 169.

## ℂ *Feria v.*

## *Ad matutinas.*

*Invitatorium.* Regem ventúrum. 97.

*Ps.* Veníte. 35*.

*Hymnus.* Verbum supérnum. 39.

*Antiphone et psalmi de nocturno illius ferie :* [241]. *℣. lectiones et ℟. per ordinem dicuntur.*

*Lectio prima. Esaie* 9. [18–21.] *Legenda* 16.

SUccénsa est enim quasi ignis impíetas : veprem in spinam vorábit. Et succendétur in densitáte saltus : et convolvétur in supérbia fumi. In ira Dómini exercítuum conturbáta est terra : et erit pópulus quasi esca ignis. Vir fratri suo non parcet : et declinábit ad déxteram, et esúriet : et cómedet ad sinístram et non saturábitur : unusquísque carnem bráchii sui vorábit, Manásses Effraim, et Effraim Manássem : simul ipsi contra Judam. In ómnibus his non est avérsus furor ejus : sed adhuc manus ejus exténta. Hec dicit [Dóminus].

*Lectio secunda.* [*Esaie* 10. 1–4.]

VE qui condunt leges iníquas et scribéntes injustíciam,[89] ut opprímerent in judício páuperes, et vim fácerent cause humílium pópuli mei : ut essent vídue preda eórum, et pupíllos diríperent. Quid faciétis in die visitatiónis et calamitátis de longe veniéntis ? Ad cujus confugiétis auxílium, et ubi derelinquétis glóriam vestram ne incurvémini sub vínculo, et cum interféctis cadátis ? Super ómnibus his non est avérsus furor ejus : sed adhuc manus ejus exténta. Hec dicit [Dóminus. Convertímini ad me et].

*Lectio iij.* [*Esaie* 10. 5–9.]

VE Assur. Virga furóris mei et báculus ipse est : in manu ejus indignátio mea. Ad gentem fallácem mittam eum, et contra pópulum furóris mei mandábo illi, ut áuferat spólia et dirípiat predam, et ponat illum in conculcatiónem quasi lutum plateárum. Ipse autem non sic arbitrábitur, et cor ejus non ita estimábit : sed ad conteréndum erit cor ejus, et ad internitiónem géntium non paucárum. Dicit enim, Nunquid non príncipes mei simul reges sunt ? Nunquid non ut Cárcamis sic Calánno : et ut Arphat sic Emath ? Nunquid non [90] Damáscus, sic Samária ? Hec dicit Dóminus.

[*Versus ante laudes.* Emítte Agnum. 64.]

## ☾ *In laudibus.*

AS:pl. k.; 1519:37r; 1531:19r.[91]

2120. 1. Ant. I.iv.




AS:pl. k.; 1519:37v; 1531:19r.[92]

1920. 2. Ant. VIII.i.




AS:pl. k.; 1519:37v; 1531:19r.[93]

2121. 3. Ant. I.iv.



AS:pl. k.; 1519:37v; 1531:19r.[94]

4. Ant. VIII.i.

 2504.

EC-ce De-us noster * et hono-rá-bo e-um : De-us



pa-tris me- i et ex-al-tá-bo e-um. *Ps.* Cantémus. (*Exod. xv.*) [258].

AS:pl. k.; 1519:37v; 1531:19r.

5. Ant. III.iv.

 2415.

DOmi-nus * lé-gi-fer noster, Dómi-nus rex noster :



ipse vé-ni- et et sal-vá-bit nos. *Ps.* Laudáte. (*cxlviij.*) [*&c.*] [49].

*Capitulum.* Ecce dies. 99.

*Hymnus.* Vox clara. 67.

℣. Vox clamántis. 68.

AS:35; 1519:37v; 1531:19r.[95]

Ant. IV.i.

 5418.

VI-gi-lá-te * á-nimo in pró-xi-mo est Dómi-nus



De- us noster. *Ps.* Benedíctus. 59*.

*Oratio dominicalis.* 169.

## ℭ *Ad vesperas.*

AS:35; 1519:37v; 1531:19r.[96]

3562. Ant. V.i.



LE-támi-ni * cum Hie-rú-sa-lem, et ex-ultá-te



in e-a omnes qui di-lí-gi-tis e-am in e-térnum.



*Ps.* Magníficat. 62*.

*Vel antiphona* O. 256-260. *Ps.* Magníficat. 55*.

[*19v.*]

## ℭ *Feria vj.*

## [*Ad matutinas.*]

AS:pl. h.;1519:35r; SB:cxxi.

1120. Invit. IV.i.



PRo-pe est * jam Dó-mi-nus. †Ve-ní-te a-do-ré-mus.



*Ps.* Ve-ní-te. 13*.

*Hymnus.* Verbum supérnum. 39.

*Antiphone et psalmi de nocturno illius ferie.* [265]. *Versiculi per ordinem dicantur.*

*Evangelium secundum Lucam* i. [□9-40.]



IN illo témpore, Exúrgens María ábiit in montána cum festinatióne in civitátem Juda : et intrávit in domum Zacharíe et salutávit Helízabeth. Et réliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbiteri.* 24 *lib.* 2.[97]

LEctio quam audívimus sancti Evangélii et redemptiónis nostre nobis semper veneránda primórdia prédicat : et salutária[98] semper imitánde humilitátis remédia comméndat. Nam quia peste supérbie attáctum genus humánum períerat : decébat ut medicaméntum humilitátis quo sanarétur, prima mox incipiéntis salútis témpora preténderent. Et quia per temeritátem sedúcte mulíeris mors in mundum introíerat : cóngruum fuit ut ad indícium vite reverténtis mulíeres devóte humilitátis ínvicem ac pietátis sese prevenírent obséquiis. Prior ergo nobis beáta Dei Génitrix ad sublimitátem pátrie celéstis, iter osténdit humilitátis : non minus religiónis quam castitátis exémplo venerábilis. Síquidem glória virgínei et intemeráti córporis, qualis sit vita supérne civitátis ad quam suspirámus insínuat : ubi neque nubent neque nubéntur, sed sunt sicut ángeli Dei in celo, ac virtúte mentis exímia, qua ad hanc pertíngere debeámus índicat. Tu.

[*Responsorium ut sequitur.*][99]

AS:pl. k.; 1519:38r; SB:cxxii.[100]

1. Resp. VII. 7421.






*Lectio secunda.*[101]

NAm sicut precedénte sancti Evangélii lectióne congnóvimus, postquam angélica visitatióne et allocutióne méruit sublimári, postquam se celésti onustándam partu dídicit, nequáquam se de donis celéstibus quasi a se hec essent éxtulit : sed ut magis magísque donis esset apta divínis, in custódia humilitátis gressum mentis fixit ita evangelizánti sibi archángelo respóndens, Ecce ancílla Dómini : fiat michi secúndum verbum tuum. Ut vero ex hodiérna lectióne audívimus : eándem quam ángelo exhibúerat humilitátem, homínibus quoque curávit exhíbere : et quod majóris est virtútis, hoc étiam minóribus. Quis enim nésciat vírginem Deo consecrátam, mulíere viro dédita gradum habére potiórem ? Quis dúbitet matrem Regis etérni, jure matri mílitis esse preferéndam ? Attamen ipsa memor scriptúre precipiéntis, Quanto magnus es humília te in ómnibus : mox ut ángelus qui loquebátur ei ad celéstia rédiit, surgit, ac montána conscéndit, gestánsque in útero Deum, servórum Dei habitácula petit, ac requírit allóquia. Et apte post visiónem ángeli in montána súbiit : que gustáta suavitáte supernórum cívium humilitátis se gréssibus ad virtútum alta tránstulit.

AS: pl. l.; 1519:38r; SB:cxxiii.[102]

2. Resp. VI.




7172.

7172d.

*Lectio iij.*[103]

INtrat ergo domum Zacharíe, atque Helízabeth quam servum ac precursórem Dómini paritúram nóverat salútat. Non quasi dúbia de oráculo quod accéperat : sed ut congratulatúra de dono, quod consérvam accepísse didícerat, Non ut verbum ángeli, mulíeris attestatióne probáret : sed ut mulíeri provécte etátis virgo juvéncula ministérium sédula impénderet. Ut audívit autem salutatiónem Maríe Helízabeth : exultávit infans in útero ejus, et repléta est Spíritu Sancto Helízabeth. Aperiénte os ad salutándum beáta María, repléta est mox Spíritu Sancto Helízabeth : replétus est et Johánnes. Atque uno eodémque Spíritu ambo edócti, illa salutántem que esset agnóvit, et ut Matrem Dómini sui débita cum veneratióne[104] veneráta est : ille ipsum Dóminum qui útero Vírginis portarétur, intelléxit. Et quia lingua necdum váluit, ánimo exultánte salutávit, officiúmque sue precursiónis quam libénter quam devóte júvenis esset impletúrus : et ántequam nascerétur, adveniénte Dómino quibus valébat indíciis intimávit. Aderat namque tempus quo implerétur ángeli sermo

quem díxerat : quia Spíritu Sancto replébitur adhuc ex útero matris sue. *[20r.]* Repléta est ergo Spíritu Sancto Helízabeth, et exclamávit voce magna. Recte voce magna : quia magna Dei dona cognóvit. Recte voce magna : quia illum quem ubíque preséntem nóverat : étiam corporáliter adésse sentiébat. Magna étenim voce : non tam clamósa quam devóta intelligéndum est.

AS:pl. l.; 1519:38v; 1531:20r.[105]

7854. 3. Resp. IV.



VI-dé-bunt * gentes justum tu- um, et cuncti



re-ges íncli-tum tu- um. †Et vo-cá-bi-tur ti-bi no- men



no- vum quod os Dómi- ni no- mi- ná- vit.

7854a.



℣. Et e-ris co-ró-na gló-ri- e in ma-nu Dómi- ni :



et dy- a-déma regni in ma-nu De- i tu- i.



†Et vo-cá-bi-tur. ℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o :



et Spi-rí- tu- i Sanc-to. †Et vo-cá-bi-tur.

[*Ante laudes.*]

℣. Emítte agnum Dómine. 64.

## ℭ *In laudibus.*

AS:pl. l.; 1519:38v; 1531:20r.

1. Ant. II.i.

 1899.

COnstántes * estó-te, vi-dé-bi-tis auxí-li- um



Dó-mi-ni su-per vos. *Ps.* Miserére. (*l.*) [173].

AS:pl. l.; 1519:38v; 1531:20r.[106]

2. Ant. IV.ix.

 1255.

AD te Dómi-ne * le-vá-vi á-nimam me- am : ve-ni et



é-ri-pe me Dómi-ne ad te confú-gi. *Ps.* Dómine exáudi. *ij.* (*cxlij.*) [280].

AS:pl. l.; 1519:39r; 1531:20r.[107]

5320. 3. Ant. IV.v.



VE-ni Dómi-ne * et no-li tardá-re : re-lá-xa



fa-ci-nó-ra ple-bis tu- e Isra- el. *Ps.* Deus Deus meus. (*lxij.*) [47].

AS:pl. l.; 1519:39r; 1531:20r.

2163. 4. Ant. I.v.



E- us a Lí-ba-no * vé-ni- et : et splendor e-jus



si-cut lumen e-rit. *Ps.* Dómine audívi. (*Abacuc iij.*) [281].

AS:pl. l.; 1519:39r; 1531:20r.

2565. 5. Ant. IV.v.



- go autem * ad Dómi-num aspí-ci- am : et expectá-



bo De- um salva-tó-rem me- um. *Ps.* Laudáte. (*cxlviij.*) [*&c.*] [49].

*Capitulum.* Ecce dies véniunt. 99.

*Hymnus.* Vox clara ecce íntonat. 67.

℣. Vox clamántis. 68.

AS:35, pl. l.; 1519:39r; 1531:20r.[108]

Ant. IV.ix.



X quo facta est * vox sa-lu-ta-ti- ó-nis tu- e in 2750.



áuri-bus me- is : ex-ultá-vit in gáudi- o infans in ú-te-ro



me- o al-le-lú-ya. *Ps.* Benedíctus. 59*.

[℣.] [Orémus.][109]

*Oratio.*

EXcita quésumus Dómine poténtiam tuam et veni, ut hi qui in tua pietáte confídunt : ab omni cítius adversitáte liberéntur. Qui vivis et regnas.

*Hec oratio dicatur ad has matutinas tantum : ad alias horas dicatur oratio dominicalis.* 169.

## ℭ *Ad vesperas.*

*Antiphona* O. 256-260. *ps.* Magníficat. 55*. *oratio dominicalis.* 169. *Post has vesperas hujus ferie non potest incipi antiphona* O sapéntia.

## ℭ *Sabbato.*

## [*Ad matutinas.*]

*Invitatorium.* Prope est. 195. *Ps.* Veníte. 13*.

*Hymnus.* Verbum supérnum. 39.

*Antiphone psalmi feriales et versiculi per ordinem dicantur.*[110] [289].

[*Evangelium*] *secundum Lucam. iij.* [1-2.]



ANno quintodécimo impérii Tybérii Césaris, procuránte Póncio Pyláto Judéam : tetrárcha autem Galilée Heróde, Philíppo autem fratre ejus tetrárcha Iturée et Trachonítidis regiónis, et Lisánia Abilíne tetrárcha, sub princípibus sacerdótum Anna et Cáypha : factum est verbum Dómini super Johánnem Zacharíe fílium, in

déserto. Et réliqua.

℄ *Omelia beati Gregorii pape.* 20. 4.[111]

REdemptóris precúrsor quo témpore verbum predicatiónis accéperit : memoráto Románe reipúblice príncipe et Judée régibus designátur, cum dícitur, Anno quintodécimo impérii Tybérii Césaris, procuránte Póncio Pyláto Judéam, tetrárcha autem Galilée Heróde, Philíppo autem fratre ejus tetrárcha Iturée et Trachonítidis regiónis, et Lysánia Abilíne tetrárcha, sub princípibus sacerdótum Anna et Cáypha : factum est verbum Dómini super Johánnem Zacharíe fílium in desérto. Quia enim illum predicáre veniébat, qui et ex Judéa quosdam et multos ex géntibus redemptúrus erat : per regem géntium et príncipes Judeórum predicatiónis ejus témpora designántur. Quia autem gentílitas colligénda erat, et Judéa pro culpa perfídie dispergénda : ipsa quoque descríptio terréni principátus osténdit : quóniam et in Románа república unus[112] prefuísse descríbitur, et in Judée regno per quartam partem plúrimi principabántur. Voce étenim Redemptóris nostri dícitur, Omne regnum in seípsum divísum, desolábitur. Tu autem.

AS:pl. l.; 1519:39v; 1531:20r.

6656.




6656z.




*Lectio secunda.*[113]

LIquet ergo quod ad finem regni Judéa pervénerat : que tot régibus divísa subjacébat. Apte quoque non solum quibus sub régibus, sed étiam quibus sacerdótibus actum sit demonstrátur, ut quia illum Johánnes baptísta predicáret, qui simul Rex et Sacérdos exísteret, Lucas evangelísta predicatiónis ejus témpora per regnum et sacerdótium designávit. Et venit in omnem regiónem Jordánis : prédicans baptísmum peniténtie in remissiónem peccatórum. Cunctis legéntibus liquet, quia Johánnes baptísmum peniténtie non solum predicávit : verum étiam quibúsdam dedit, sed tamen baptísmum suum in remissiónem pecca-
[20v.] tórum dare non pótuit. Remíssio étenim peccatórum : in solo nobis Christi baptismáte tribúitur. Notándum ítaque quod dícitur, Prédicans baptísmum peniténtie in remissiónem peccatórum. Quóniam baptísmum quod peccáta sólveret quia dare non póterat : predicábat, ut sicut incarnátum Verbum Patris precurrébat verbo predicatiónis, ita baptísmum peniténtie quo peccáta solvúntur, precúrreret suo baptismáte quo peccáta solvi non possunt. Et quia ejus sermo precúrrebat preséntiam Redemptóris : ipsum quoque ejus baptísma precedéndo, fíeret umbra veritátis. Séquitur sicut scriptum est in libro sermónum Esáie prophéte, Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini, rectas fácite sémitas ejus. Tu autem.

AS:pl. m.; 1519: 39v; 1531:20r.[114]

6772. 2. Resp. II.






*Lectio iij.*[115]

IDem vero beátus Johánnes baptísta requísitus quis esset : respóndit, Ego vox clamántis in desérto. Qui sicut ante per nos dictum est, ídeo vox a Prophéta vocátus est : quia Verbum préibat. Quid autem clamáret : apéritur cum súbditur. Paráte viam Dómini : rectas fácite sémitas ejus. Omnis qui fidem rectam et bona ópera prédicat : quid áliud quam veniénti Dómino ad corda audiéntium viam parat, ut hec vis grátie pénetret, ut lumen veritátis illústret, ut rectas Deo sémitas fáciat, dum mundas in ánimo cogitatiónes per sermónem bone predicatiónis format ? Omnis vallis implébitur : et omnis mons et collis humiliábitur. Quid hoc loco vállium nómine, nisi húmiles, quid móntium et cóllium, nisi supérbi hómines designántur ? In advéntu ígitur[116] Redemptóris valles impléte, montes vero et colles humiliáti sunt : quia juxta ejus vocem, Omnis qui se exáltat humiliábitur : et [117] qui se humíliat, exaltábitur. Vallis étenim impléta crescit : mons autem et collis humiliátus decréscit. Quia nimírum in fide Mediatóris Dei et hóminum hóminis Christi Jesu et gentílitas plenitúdinem grátie accépit, et Judéa[118] per errórem perfídie hoc unde tumébat pérdidit. Omnis enim vallis implébitur : quia corda humílium sacre doctríne elóquio virtútum grátia replebúntur. Juxta

hoc quod scriptum est, Qui emíttit fontes in convállibus. Et inde rursum dícitur, Et conválles abundábunt fruménto. A móntibus namque aque dilábitur : quia supérbas mentes veritátis doctrína déserit. Sed fontes in convállibus surgunt : quia mentes humílium verbum predicatiónis accípiunt. Jam vidémus, jam conválles fruménto abundáre conspícimus : quia illórum ora pábulo veritátis impléta sunt : qui mites ac símplices huic mundo despicábiles esse videbántur. Tu autem Dómine.

AS:pl. m.; 1519:39v; 1531:20v.[119]

3. Resp. VIII.

7508.




7508b.



Sanc- to. ‡In.

[*Ante laudes.*]

*Versus*. Emítte.[120] 64.

## ℭ *In laudibus.*

AS:pl. m.; 1519:40r; 1531:20v.[121]

1. Ant. IV.iv.



205132. V E-ni- et Dómi-nus * in po-testá-te magna : et vi-



dé-bit e-um omnis ca-ro, et salvá-bit nos. *Ps.* Miserére. (*l.*) [173].

AS:pl. m.; 1519:40r; 1531:20v.[122]

2. Ant. IV.v.



3391. I N-tu-émi-ni * quantus sit glo-ri-ó-sus iste, qui



ingré-di-tur ad salvándos pópu-los. *Ps.* Bonum est confitéri. (*xcj.*) [304].

AS:pl. m.; 1519:40r; 1531:20v.

3. Ant. IV.iv.



V E-ni- et í-te-rum * ánge-lus tu-us : et do-cé-bit 5530.



nos vi- as tu- as Dómi-ne. *Ps.* Deus Deus meus. (*lxij.*) [47].

AS:pl. m.; 1519:40v; 1531:20v.[123]

4. Ant.
IV.v.

 2806.

EXpecté-tur si-cut plú-vi- a * e-lóqui- um Dómi-ni : et



descéndet si-cut ros su-per nos De- us noster. *Ps.* Audíte celi.

i (*Deut. xxxij.*) [305].

AS:pl. m.; 1519:40v; 1531:20v.[124]

5. Ant.
II.i.

 4217.

PA-rá-tus esto Isra- el * in occúrsum Dómi-ni :



quó-ni- am ve-nit. *Ps.* Laudáte. (*cxlviij.*) [*&c.*] [49].

*Capitulum.* Ecce dies véniunt. 99.

*Hymnus.* Vox clara. 67.

℣. Vox clamántis in desérto. 68.

AS:36, pl. m; 1519:40v; 1531:20v.[125]

4156. Ant.
V.i.



OM- nis val-lis * implé-bi-tur, et omnis mons et col-lis



humi-li- á-bi-tur : et vi-dé-bit omnis ca-ro sa-lu-tá-re De- i.



*Ps.* Benedíctus. 61*.

*Oratio.*

Deus, qui cónspicis quia ex nostra pravitáte afflígimur : concéde propítius, ut ex tua visitatióne consolémur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte.

*Hec oratio dicitur ad has matutinas tantum. Ad omnes alias horas dicatur oratio dominicalis.* 169.

¶ *Si aliquod festum ix. lectionum in aliqua predictarum feriarum istius ebdomade contigerit nichilominus ordo feriarum de laudibus et antiphonarum super* Benedíctus. *et* Magníficat. *servabitur in sequenti feria, et tunc antiphone super laudes et propria ℟.* [*21r.*]
*illius ferie scilicet quando festum contigerit : in illo anno non dicuntur. ℣. tamen ante lectiones per ordinem dicantur.*



[Antiphonale 1519:24v.]

## Notes, pages 167-222.

[1] 1519:2r.
[2] SB:xcvii.
[3] SB:xcvii.
[4] 1519:3v.
[5] 1519:3v.
[6] SB:xcix.
[7] In AS:29. 'post' is set GA.
[8] 1519:30r.
[9] 1531:15v. has 'Ecce jam venit' and 'factum de vírgine'. 1519:30r. has 'factum de vírgine'. BL-52369 has 'Natum de vírgine'. 'Factum' appears as a variant only in some Sarum sources, but not in continental sources. In AS:29. the neumes for 'natum' appear a third lower--however the flat makes the pitch unambiguous. 1494. 1516:16v. 1531:15v. and AS:29. indicate that the *altera pars* begins at 'Veníte'; Brev. 1525:12v. and 1528; 1519:30r. Portiforium Festivalis (n.d.):14v. and BL-52369 indicate that the *altera pars* begins at 'Natum/Factum'.
[10] This rubric appears only in 1516:16v. and 1531:15v. This general rule may not be as firm as it seems. See the above Invitatory for example.
[11] 1519:30r.
[12] In AS:29. 'super' is set DFE.FGFD; 'vestiménto' is set D.D.DE.C. In 1519:30r. 'fémore' is set C .A.G. In BL-52359:17r. 'super' is set DFEFG.DDC.
[13] 'Sylae'. 1531:16r.
[14] In 1519:30v. 'éxiet' begins ABC. In AS:30. 'pacem géntibus' is set CD.CD D.DEFE.ED; 'postéstas' is set C.DE.D. In 1519:30v. 'éxiet' ends DCBCBABA; 'dominátor' ends GAGGA; 'Israel' ends GGFGCAAG; 'diérum' is set D.EFEC.DCCB. In AS:30. 'magnificábitur' is set FA.GA.FFFF.FAG.G. In AS:30. 'erit' ends DCBCBAGAG; 'terra nostra' is set CDC.BCDEDC DEDCDC. DFEFDCCAG. Continental sources often indicate B-flat at 'univérse terre'. In BL-52359:17c. 'cívitas' is set DE.D.CDC; 'egréssus' is set AF.GD.D; 'eternitátis' appears to be set D.DFe.D.CDCACDCD.CB; 'médio' is set FG.AGAG.FGAGFEFEDEED. In AS:30. 'diérum' is set D.EFDC.DCCB. In BL-52359:17r. 'vénerit' is set CAC.BCEDCCAGCAAG.G; 'pacem géntibus' is set CD.CD.D.DEFE.ED.
[15] 'Et expectábo.' Vulgate.
[16] In 1519:30v. 'Salvátor' is set B♭.B♭AAG.A; 'noster' is set AGAGFG.GF.
[17] *Sermo* 245, *in Appendice Op. Tom.* V. *col.* 2982, *ed. post. Benedict., Paris.* [SB:cii.]
[18] [et Pater ? non sum, inquit Dóminus Christus, solus ; sed Pater mecum est. Audi et de Spíritu Sancto, quia cum eo erat : ] [SB:ciii.-civ.]
[19] 1519:31r.
[20] 1531:16v. has 'flere quóniam dominátor.' In AS:30. 'Egýpte' is set G.A.E. In 1519:31r. 'conspéctum' is set Ag.ACGA.F. In AS:30. 'Liberáre' is set F.CFD.EF.F. In 1519:31r.'manu' is set F.EFEC. BL-52359:17v. has no flat at 'ante'; 'conspéctum' is set Ag.ACGA.A.

[21] *Augustin.* § 2, 3. *col.* 2983, 2984. [SB:ciii.]
[22] [unus sonus audítur : ] [SB:civ.]
[23] [Tria páriter operántur : sed sola chorda persónat] [SB:civ.]
[24] [Utrísque respondéndus est.] [SB:civ.]
[25] [manifestíssimam veritátem] [SB:cv.]
[26] súbito [SB:cv.]
[27] [Virgo hábuit témpora pariéndi ; virga autem álio die quod natúra non hábuit prótulit.] [SB:cv.]
[28] *Augustin.* § 3, 4, 5 *col.* 2984, 2985. [SB:cvi.]
[29] [extat] [SB:cvi.]
[30] et egréssum [SB:cvi.]
[31] AS:31. has 'omnes gentes: omnes reges'. In 1519:31v. 'vellus' is set EGFF.EF.
[32] 'Cum autem audísset'. 1519:31v.
[33] *In Evangelia, Lib.* 1. *Hom. vi. Op. Tom.* I. *col.* 1452. [SB:cvii.]
[34] In BL-52359:18r. 'nolit tardáre' is set D.CB Ag.GACAB.AG.
[35] [Johánnes] [SB:cviii.]
[36] Si [SB:cviii.]
[37] In 1519:32r. 'poténcia' has only the final B marked flat.
[38] AS:32. has 'ascéndit'; it is set D.DEGEE.ED; 'deprecabúntur' is set AB♭AF.FACDCBCBAG.AGAGG.GF. In BL-52359:18v. 'salútem populórum' is set DCCA.CABCBAGA.AG G.GAFG.GACAB.AG. BL-52359:18v. has no flat at 'deprecabúntur'.
[39] 1519:32v.
[40] In AS:32. the psalm-tone begins D F A. In BL-52359:18v. 'ad' is set EF.
[41] In 1519:32v. 'véniet' is set EF.E.D. In BL-52359:18v. 'allelúya' is set B.A.G.G.
[42] In BL-52359:18v. 'Syon salútem et' is set FG.G AC.C.B C.
[43] In 1519:32v. 'dirécta' is set A.A.AGA; 'illi' is set Gf.G. In AS:33r. 'suis' is set FG.A. In BL-52359:19r. 'Dómine' is set CD.C.CCB.
[44] 1519:33r.
[45] AS:32. shows the simple tone for the *Benedíctus*. In 1519:33r. 'illi' is set Gf.F. BL-52359:19r. has 'et ait'; et is set A; 'illi' is set FGA.G.
[46] 1519:33r.
[47] US-II:25.
[48] In AS:32. 'curántur' has been crossed out and replaced by 'ámbulant' in a later hand. AS:32. shows the simple tone for the *Magníficat*. In 1519:33v. 'claudi curántur' is set FD.E F.G.GFGAG.
[49] 1519:33v. indicates 'Matutine' in error.
[50] 1519:33v.
[51] [ad] [SB:cxi.]
[52] In BL-52359:19v. 'sunt occurére' is set A G.FG.A.C.
[53] In BL-52359:19v. 'vénerit' is set C.C.CBCDDC.
[54] 1519:33v. has no flat.

[55] 1519:34r. has no flats.
[56] In BL-52359:19v. 'véniet ut' is set B.D.C B.
[57] AS:33. shows the simple tone for the *Benedíctus*. In AS:33. 'de radíce Jesse' is set F G.B.GF GG.D. In BL-52359:19v. 'vidébit' is set E F.G.F.
[58] In 1519:34r. 'Syon' is set B.G.
[59] In 1519:34r. 'áuferet' appears in the place of 'cónteret'.
[60] 1519:34v. has no flats.
[61] 1519:34v. has no flats. In AS:pl. h. and 1519:34v. 'inveniántur' is set A.C.B♭.A.A. The edition follows BL-52359:20r. here.
[62] In BL-52359:20r. 'Móysen' is set D.E.F.
[63] In 1519:34v. 'meum' is set G.GF; 'Israel' is set G.GF.E. In BL-52359:20r. 'meum Israel' is set G.G G.F.E.
[64] In BL-52359:20r. 'jam' is set F.
[65] US-II:25.
[66] US-II:25.
[67] '*spirula in manu diaconi et textus in manu subdiaconi dereferatur*'. US-II:25. c.f. Edmond Martène, *De antiquis ecclesiae ritibus*, vol. 3, p. 30: 'ramum palmæ in manu tenente'. Joseph Dyer, in a letter to the author, November 3, 2008, provides the following additional information: '[Martène] copies [this information] from an ordinal of Bayeux. Martène also mentions that Durandus (*Rarationale*, lib. 6, cap 8) cites the same practice. Martène says further that the same practice prevailed at Rouen, Paris, Senlis, Noyon and Meaux. One doesn't find it in that part of the *De antiquis ecclesiae ritibus* that deals with monastic usage (lib. 4, cap 2, no. 25 [page 90]).' The 'spirula' would likely be from the Anglo Saxon 'spir', a tall and slender stalk; Harold H. Bender and Stephen J. Herben Jr., 'English Spick, Speck, Spitchcock, and Spike', *American Journal of Philology*, 48:3 (1927): 258-262; p. 258.
[68] 1519:35r.
[69] 'Ad has matutinas non prosternant se clerici propter pronunciacionem evangelii : et hoc generaliter per totum annum teneatur, quod quando ad matutinas dicitur exposicio, tunc ante lecciones non debet fieri prostracio, nec preces ad matutinas sicut in ceteris horis ferialibus. . . . ' US-II:25.
[70] [23. *lib.* 2.] *Homilie Hyemales de Sanctis. In Festo Annuntiationis. Op. Tom.* VII. *col.* 335. [SB:cxv.]
[71] 1519:35r.
[72] AS:pl. j. has 'exaltáta', but no note appears for the last syllable. 1531:18v. has 'ex*ú*lta'. In BL-52359:20v. 'noster' is set G.FFGDCDED. BL-52359:20v. omits the note for the first syllable of 'véniet'. In BL-52359:20v. the repeat is to 'Ecce Deus'.
[73] *Beda, ut supra, col.* 335. [SB:cxvi.]
[74] 'quod', SB:cxvi.
[75] In AS:pl. j. the neume at 'li' of 'alienigenárum' is indecipherable. 1531:18v. has 'alienigenárum', AS:pl. j. has 'alienigenórum'. In AS:pl. j. 'ex Jacob' begins G GA. In 1519:35v. 'Israel' ends GABA.

[76] *Beda, ut supra, col.* 335, 336. [SB:cxvii.]
[77] 'ipse Dóminus', SB:cxvii.
[78] 'Unde de jure', SB:cxviii.
[79] 1519:36r. has a flat only at 'Dóminus'; 'Glória' begins BDC. In BL-52359:20v. 'olivárum' is set FE.D.EF.GABAAG. BL-52359:20v. has no flat.
[80] 1519:36r. has no flats.
[81] In BL-52359:21r. 'super' is set F.Fe.
[82] AS:pl. j. is missing the text 'ut sédeat'.
[83] 1531:19r. has 'ángelus Gábriel'.
[84] US-II:26.
[85] 1519:37r.
[86] US-II:26.
[87] AS:34. has 'virum in sápiendo'. AS:pl. k and 1519:37r. set the first 'in' on C.
[88] 1519:37r.
[89] injustítiam scripsérunt. [SB:cxx.]
[90] [ut] [SB:cxxi.]
[91] 1531:19r. has 'omnípotens Dóminus'. In BL-52359:21v. 'ut' is set F.
[92] In 1519:37v. 'aliquántulum' is set CC.DB.C.C.C. In AS:pl. k. 'aliquántulum' is set CC.DB.C.C.B. The edition follows BL-52359:21v. here.
[93] In BL-52359:21v. 'qui' is set G; 'magnum nomen' is set E.F G.FE.
[94] AS:pl. k. has 'Dóminus' rather than 'Deus', but only two notes.
[95] In 1519:37v. 'est' is set FD. In BL-52359:21v. 'ánimo' is set G.F.EFGGF.
[96] In AS:35. 'dilígitis' is set CAGA; 'in etérnum' is set GA A.G.G, failing to end on the finalis.
[97] *Homilie estivales de Sanctis,* '*In solennitate Deipare V. Marie, quando salutavit Elizabeth.*' *Op. Tom.* VII. *col.* 101. [SB:cxxii.]
[98] [nobis] [SB:cxxii.]
[99] 1519:38r.
[100] In BL-52359:22r. 'nobis' is set C.ED; 'sine' is set DCCBA.CB.
[101] *Beda, ut supra, col.* 101. [SB:cxxiii.]
[102] In 1519:38r. there is no flat at 'dominátor'. In BL-52359:22r. 'véniet' Dominátor' is set G.F.DFGGF FC.F.FGAB♭.B♭.
[103] *Beda, ut supra, col.* 101, 102. [SB:cxxiii.]
[104] 'benedictióne'. SB:cxxiv.
[105] In AS:pl. l. no flat appears at 'nominávit'. In BL-52359:22r. 'vocábitur' is set G.AB♭.A.A; 'diadéma' is set DF.F.Ef.FD.
[106] 1519:38v. has no flats. In BL-52359:22v. 'Dómine' is set C.CD.D.
[107] In AS:pl. l. 'reláxa' is set D.D.B; the final three notes of the antiphon are C C C. 1531:20r. has 'plebi'.
[108] In AS:35. and Bl-52359:22v. 'Ex quo facta' is set G A C.CD.

109 1519:39r.
110 1519:39v. has '*Super nocturnum ant.* Quia mirabília. *ps.* Cantáte. *versiculi dicuntur per ordinem.*'
111 In Evangelia, *Lib. i. Homilia xx. Op. Tom.* I. *col.* 15, 16. [SB:cxxvi.]
112 [princeps] [SB:cxxvi.]
113 *S. Gregori ut supra, col.* 1516, 1517. [SB:cxxvii.]
114 1531:20r. has 'cum eo erit'.
115 *S. Gregorius ubi supra* § 3. *col.* 1517, 1518. [SB:cxxviii.]
116 ergo. [SB:cxxviii.]
117 et omnis [SB:cxxviii.]
118 Judée [SB:cxxviii.]
119 AS:pl. m. indicates a B♭ key signature from the beginning through 'In sécula.' BL-52359:23r. has no flat; 'judicáre' is set A.CB.CBA.C.
120 1519:40r. indicates '℣. Emítte Dómine.' This should be '℣. Emítte agnum Dómine.'
121 In AS. pl. m. 'vidébit' is set D.B.C. BL-52359:23r. agreesw with 1519:40r. here.
122 AS:pl. m. indicates G.B.C at 'salvándos'. In BL-52359:23v. 'quantus' is set C.CD. BL-52359:23v. has 'iste gloriósus', set C.[D] E.C.D.D.
123 No flat appears in AS:pl. n. In BL-52359:23v. 'descéndet' is set D.B.D.
124 In BL-52359:23v. 'quóniam' is set EC.D.EFe.
125 In AS:36. 'salutáre' is set A.C.AG.GA. BL-52359:23v. agrees with 1519:40v. here. In BL-52359:23v. 'collis humiliábitur' is set D.C C.C.CB.A.B.C.